



Disputatio juridica inauguralis de possessione

<https://hdl.handle.net/1874/341860>

24

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
POSSESSIONE,

QUAM

Βονήσαντι & τῷ Ἰψίστῳ

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. HERMANNI WITSII,

S. S. Theol. Doctoris, ejusdemque in Inclyta Academia Ultrajectina
Professoris Ordinarii, & Ecclesiae ibidem Pastoris facundissimi,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academici Consensu, & Nobilissima

Facultatis JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in **UTROQUE JURE** honoribus & Privilegiis
ritè, ac legitimè consequendis,

Publica censura & solenni Eruditorum disquisitioni submittit

BERNHARDUS de LESPIERRE, Davent-Transfal.

Ad diem 5 Januarii, loco horisque solitis.



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ **FRANCISCI HALMA**, Academiae
Typographi, cl^o Ic Lxxxvii.

*Amplissimo, Gravissimo ac
Consultissimo*

**D. BERNHARDO
DE LESPIERRE, J.U.D.
& apud Daventrienses Viro
Consulari, Parenti Optimo.**

*Hanc suam de Possessione
Disputationem*

Pietatis ac venerationis sempiternæ
pignus & tesseram

inscribit

BERNHARDUS DE LESPIERRE.

ISAGOGE.



Inter primavos mortales statim à mundo condito, eoque iterum post diluuium reparato, omnia communia & indivisa omnibus, veluti cunctis idem patrimonium esset, fuere; nec quisquam dicere poterat, hoc Tuum, hoc Meum est: In easdem res omnes & singuli equale jus, in cunctas idem (a), quod nunc humano generi in feras, pisces, volucres &c. (a) arg. l. 14. d. A.R. D. competit habuere:

Usurpantis erant. omnia rerum

Causam inquirentibus sola sese offert, qua tunc erat, mali nescia & astutiae adhuc inexperta simplicitas, nec non eximia & mutua hominis in hominem charitas. Dicaearchus Peripateticus citatus Porphyrio (b), & quoad sensum Varroni (c) Τῆς παλαιᾶς καὶ ἐξ ἡδὴ Θεῶν γενομένης βελτίους τε οὐκ ἄριστον καὶ ἀειστον ἐξ ηὐδίας βίον, ὡς χρυσῶν καὶ νομισμάτων. Primos illos Diisque proximos mortales optimae fuisset indolis vitamque vixisse optimam, unde & auream hanc dici aetatem. Cui concinit Seneca Tragicus. (d)

Hoc equidem reor

Vixisse ritu prima quos *mistos Deis*
 Profudit aetas: nullus his auri fuit
 Caecus cupido, nullus in campo facer
 Divisit agros arbiter populis lapis.

Verum non admodum diu constitit vis illa animi divina ac innocua, veneranda illa aurea simplicitas, in qua si perseverassent mortales, non potuisset is status non fuisset diuturnus. Apposite ad hanc rem

(e) lib. 3.
Annal. c.
26.

Tacitus (e) Vetustissimi mortalium, ait, nulla adhuc mala libidine, sine probro, sine scelere, eoque sine pœna & coërcitionibus agebant; neque præmiis opus erat, cum honesta suoapte ingenio peterent; & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui æqualitas, & pro modestia ac pudore ambitio ac vis incedebat, provenere dominationes. *Et quidem ex eo jure, quod naturalis ratio docuit,*

(f) l. 5. d.
just. & jure.
(g) lib. 1.
Metam.
v. 135.

(f) *cujus verba adscribere lubet: Ex hoc jure Gentium, inquit, introducta bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi &c. Hinc Ovidius (g)*

Communemque prius ceu lumina solis & auræ
Cautus humum longo signavit limite mensor.

Naturalis siquidem ratio cum animadverteret, crescente hominum malitia & humano adaucto genere, propter infinita incommoda in communiione amplius viri non posse, discordiis mortalium sedandis prospiciens, quas communionis materia excitate consuevit, eam deserere docuit, simulque ad dominiorum distinctionem introducendam Possessionem monstravit, à qua dominia rerum cœpisse

(h) l. 1. §.
l. d. acqu. v.
art. poss.

Nerva filius autor est. (h) *Hec v̄c èν τῷ ποθῶνελᾷ de origine & causa possessionis, cujus naturam & indolem diligentius contemplari, & iis, qui Themidos Sacraría penitus introspexerunt, disputandam proponere constitui: Quod ut commodius fiat ab ipsius nominis explicatione incipiam, memor verissimi hujus enuntiati: Ἀρχὴν παίδευσῶς τῶν ἑσπερίων ἐπίκουρον εἶναι.*

DISPUTATIO JURIDICA
 INAUGURALIS,
 DE
 POSSESSIONE.

§. I.



Ntistius Labeo, qui Latinarum vocum origines rationesque percalluit, eaque præcipuè scientia ad enodandos plerosque juris laqueos usus est (a), possessionem appellatam esse ait à sedibus, quasi positionem (b): Sic legimus in ff. Florentinis; quæ lectio procul dubio rectior est, quam vulgata illa Accursii, Bartoli & aliorum, qui legunt, à pedibus. Sunt etiam, qui parum referre putant, utrum à sedibus an vero à pedibus possessionem derivemus, & utramque lectionem satis commodè defendi posse (c). Varro (d) aliique à particula Pos (unde adhuc hodie compos, impos) & verbo Sedeo denominatam esse volunt. Verum ut suo cuique sensu hac in re abundare liceat, nos uti alias notationes haud fastidiosè rejicimus, nec etiam usque adeo absurdas putamus, ita præferimus (e) editionem Pisanam, juxta quam, ut & Noricam, possessio à sedium positione dicta est. Unde colligit Fr. Hotomannus (f) acquirendæ possessionis notam ac symbolum fuisse sedis alicujus dicis causa positionem. Certè probabile admodum videtur, cum privata nulla sint naturâ, sed aut veteri occupatione aut divisione, eos; qui quondam in vacua venerunt, in his rebus sive terræ partibus, quas animo insistendi suasque faciendi occupaverint, sedes & commorandi domicilium posuisse. Qua etiam de causa nonnulli existimant, Jctos nostros, si eorum verba ad Grammaticorum regulas exigantur, ut alibi sæpè, ita & hoc loco, more Stoicorum, à quibus eos imbutos fuisse constat (g), non tam veram vocis etymologiam, quam quidem ipsius

(a) Gell. lib. 13. c. 10. Noct. Att. (b) l. 1. pr. d. acq. v. am. poss.

(c) Frid. Mandan. d. mat. poss. c. 1. n. 5.

(d) lib. 4. d. ling. Lat.

(e) cum Vigl. ad pr. Inst. d. rest. ord. n. 20.

(f) lib. 10. Obs. 7. & Illust. quasf. 11.

(g) Cujac. rci.

6 DISPUTATIO JURIDICA

11. *Obs. c.* rei naturam exposuisse; sed cum ipsi Grammatici hoc vocabu-
 37. *Obs. c. 26.* lum à sedendi verbo arcessant, ut dicere antevertimus, non est
Obs. c. ult. quod diutius hisce immoremur.
Merill. lib.

1. *Obs. c. 8. & seqq. & maximè c. 15.*

§. 2. Possessio varias in jure nostro sortitur significationes; Harum confusio Interpp. in varios conjecit errores & perple-
 xas disputationes, ex quibus ut nos foeliccius extricemus, è re
 erit paucis homonymiam vocis excutere. Accipitur autem

(h) l. 41. §. 1. *μετωνυμιας* pro ipsa re possessa & quidem immobili (h). 2. in
 6. d. leg. 3. l. 86. §. 2. d. specie pro tali re immobili, cujus usum plenum duntaxat, non
 acq. v. om. vero proprietatem habere licet. Atque hoc sensu accipiendum
 her. l. 78. d. est quod scribit Javolenus (i): *Possessio ergo usus, ager proprie-*
 V. S. l. 2. C. *tas loci est.* 3. pro usucapione (k), forte ideo, quia possessio-
 d. serv. & nis civilis proprius hic effectus est, ut eam suo tempore sequa-
 aq. tur usucapio (l). 4. pro jure possessionis (m), quamvis etiam
 (i) l. 115. d. jus possessionis & possessio sæpè confundantur, & denique §. pro
 V. S. Vid. detentione rei possessæ, quæ propria hujus loci significatio est.
 Brisson. 4. Græcis dicitur Νομήν.
 Select. An-
 tiq. 1. Ræ-
 vard. ad LL. 12. tabb. c. 16. add. Gædd. d. l. (k) l. 19. ex quib. c. maj. ibique Gothofr. l. 23.
 §. 1. l. 30. eod. (l) Bacch. ad Treutl. V. 2. Disp. 21. th. 1. L. B. (m) l. 3. §. 12. ad exhib.
 l. 13. §. 1. C. d. jud.

§. 3. Hæc de nomine; cujus explicationem rectè excipit rei
 definitio, de qua quot DD. tot ferè invenias sententias. Alii

(n) *vid. :* (n) enim etiam peritissimi non ausi fuerunt possessionem defi-
 Gloss. ad l. nire, idque, ut videtur, propter materiæ subjectæ latitudinem
 38. §. 5. d. & verarum differentiarum paucitatem & penuriam, unde etiam
 V. O. Javoleno (o) *omnis definitio in jure civili periculosa est; parum*
 d. R. J. *est enim ut non subverti possit.* Alii variis modis, quos longa
 ferie hîc referre & specialius examinare operæ pretium haud vide-
 tur, eam definire conati sunt, sed hi (verba sunt Duareni) (p)

[p] *Add.* nimis scrupulosi fuerunt, & plerique in hisce definitionibus, à
 Cont. 1. more & exemplo veterum Jctorum longissimè recedentes, in-
 disp. 9. ciderunt in hoc vitium, quod Galenus *φιλολοσιαν* vocat, qua-
 si libidinem & nimium amorem in definiendo. Omisiss igitur
 aliorum definitionibus, vel potius descriptionibus, nos cum
 Jcto

Jcto Paulo (q) possessionem in genere sic describi posse putamus: Possessio est rei detentio; sive ut in duobus ff. locis (r) scriptum est, detentatio. Et sic quoque descriperunt Græci in Basilicis (s), & apud Constant. Harmenopulum (t) ἡ νομὴ ἐστὶ φρουρὴ καὶ ἔχνη. Theoph. (v) νομὴ ἐστὶ σωματικῶν πραγμάτων καὶ ἔχνη.

c. maj. c. l. 5. d. imp. in res dot. fact. (s) lib. 50. tit. 2. §. 1. (t) Epit. jur. lib. 2. tit. 1. pr. (v) pr. Inst. d. interd.

§. 4. Eaque est vel propria, vel impropria. Impropria possessio est eorum, qui sunt in possessione. Aliud autem test esse in possessione, aliud possidere (x), sicut aliud esse in servitute vel libertate, longè aliud servum velliberum esse. In possessione sunt, qui rem nudè tantum & simpliciter detinent animo non sibi sed alteri habendi; vel si animo sibi habendi detineant, jure habere non possunt, ut commodatarius, depositarius, colonus, & similes (y). Hi enim rem commodatam, depositam non possident, sed illi, quorum nomine detinent & in possessione sunt. seu quorum possessioni præstant ministerium (z). Pari modo filiusfam. & servus peculium, quod ad ipsos vi & effectum illius juris, quod pater dominusque olim in eorum personas & bona habebat (a), pertinere non potest, simpliciter tantum detinent (b), per ipsos verò & ipsorum corpore pater dominusque possident (c). Quæ si ita sunt, ut certè sunt, minus propria locutio sit oportet, quando nudi hi detentores nonnullis locis (d) possidere, vel contra qui propriè possident, in possessione esse (e) dicantur. Impropria quoque possessio est rerum incorporalium; Tangere vel tangi, adeoque verè & propriè detineri, nisi corpus nulla potest res; & possessionis initium est corporis ad corpus adiunctio: unde etiam Theophilus (f) possessionem non simpliciter dixit καὶ ἔχνη, sed σωματικῶν πραγμάτων καὶ ἔχνη. Neque enim (ut inquit Paulus) (g) possideri intelligitur jus incorporale: Quatenus tamen incorporalium rerum usus pro possessione Jctis accipitur (h) servitutes & jura quasi possideri (i) dicuntur. Quod etiam

(q) l. 1. pr. d. acq. v. am. poss. (r) l. 15. §. 3. ex quib. [x] l. 10. §. 1. l. 18. pr. d. acq. v. m. poss. (y) l. 1. C. comm. de usufruc. C. Jac. 9. Obs. 33. Servu. Synt. f. Civil. Exerc. 42. th. 2. (z) l. 9. d. R. F. l. 3. §. 20. l. 30. §. ult. d. acq. v. am. poss. l. 6. §. 2. d. precar. §. 5. f. d. interd. ibique Bacch. n. 5. (a) l. ult. C. d. pat. pot. §. 1. f. per q. pers. cuiq. Add. Dion. Halicarn. antiq. Rom. l. 8. c. 91 c. lib. 2. c. 27. c. 28. (b) l. 1. §. 5. l. 49. §. 1. d. acq. v.

am. poss. l. 93. d. R. F. (c) l. 4. l. 24. d. acq. v. am. poss. l. 56. §. 2. d. furt. (d) l. 7. §. 11. comm. div. l. 2. §. 1. c. 2. pro her. l. 38. §. 7. d. V. O. (e) §. 5. f. d. interd. (f) loco supra citato (g) l. 4. §. 27. d. usuc. add. l. 32. §. 1. d. S. P. U. (h) l. ult. d. servit. (i) l. 3. §. 2. ex q. c. maj. l. 5. §. 3. d. iim. act. priv. l. 16. §. ult. ibique Gothofr. d. hic. petit.

§ DISPUTATIO JURIDICA.

(k) loco pra- etiam eleganter Græco idiomate dictus Paraphraſtes (k) expref-
 citato ſit hiſce : *ὡς εἰν ἐν τῷ αἰσθητικῷ ἀποδείκνυται τὸ ἴδιον*. Atque
 hæc quaſi & impropria poſſeſſio, ſi ſpectentur effectus, quos
 juſ noſtrum quaſi poſſeſſioni tribuere ſolet (l), à propria &
 vera poſſeſſione non differt, ſed iſdem juſ regulis conſiſtit.
 Undè facilè intelligitur aberrare eos, qui res corporales perfectè
 & nobiliori modo, res vero incorporales minus perfectè poſ-
 ſideri autumant.

§. 5. Propria poſſeſſio eſt rei detentio animo ſibi habendi
 (m). Generis loco ponitur detentio. Latius enim patet deti-
 nere quam poſſidere, ſiquidem illi etiam tenere dicuntur, qui
 nec proprie poſſident, nec animum poſſidendi habent (n).
 Detentionis autem verbum in hac definitione largè &, ut ita
 loquar, extenſè accipitur, ut etiam complectatur poſſeſſionem,
 quæ animo retinetur. Non pauci ex noſtris, quos inter Bar-
 tolus, Azo, Schneidewinus, poſſeſſionem malunt definire
 juſ; ſed argumenta, quibus horum ſententia nititur, ſunt
 aut ἀποροδοῦσα aut infirma; & ad ea non minus ſolidè quam
 prolixè reſponſum eſt a Donello (o), aliſque terſioribus Interpp.
 quorum ſcriniis compilandis ſuperſedemus. Dicitur porro :
 (p) l. 1. §. 1. Rei. Hujus vocis appellatio generalis eſt (p), & continet fe-
 rè omnia, quæ in rerum natura ſunt, ſive ea in patrimonio,
 ſive extra computationem patrimoniſ noſtri habeantur. (q)
 (q) l. 5. l. 23. Hinc illud Auſonii in Monofyllab.
 d. V. S.

Imperium, litem, Venereſ cur una notat res ?

Cæterum in propoſito ſtrictius ſumi, & res tantum corpo-
 rales designare ſupra oſtendimus, & confirmat Paulus, (r)
 cum ait : *Poſſideri poſſunt quæ ſunt corporalia*. Quibus tamen
 verbis non vult Jctus, omnia, quæcunque ſunt corporalia,
 poſſideri poſſe, ſed ſola corporalia. Res corporales aliæ ſunt
 mobiles, aliæ immobiles ſive (ut artis (s) vocabulo utar) fo-
 li (t) Utriuſque autem generis res ut poſſideri poſſint requi-
 ritur *Primo*; Ut ſint in commercio. Res enim commercio
 exemptas, veluti ſacras, religioſas, ſanctas, liberum homi-
 nem, quippe quæ nullius in bonis ſunt, poſſidere non poſſu-
 mus,

(r) l. 3. pr.
 d. acq. v.
 am. poſſ.
 (s) vid. Se-
 nec. l. 2. c. 1.
 nat. quaſt.
 (t) l. 15. §. 2.
 d. rejud. l.
 1 pr. d. cond.
 trit. §. 4. in
 fin. Inſt. d.
 Interd.

mus, etsi religionem aut libertatem contemnamus & pro pri-
 vatis eas teneamus (t). Eademque ratione nec pater filium possi-
 det (u). Liberum tamen hominem ignorantes & iusto errore
 ductos possidere & per eum ex re nostra & operis ipsius ac-
 quirere nos posse propter assiduam & quotidianam servorum
 comparationem placuit (x), nam frequenter ignorantia libe-
 ros emimus, ut insit acutissimi ingenii vir & merito ante
 alios excellens Papinianus (y). *Secundo* requiritur; Ut sint
 certæ. Nec interest, rem totam an pro parte possidere veli-
 mus: nam semper certa esse debet, & propterea responsum
 est, *neminem incertam rei partem possidere posse* (z). Pars dici-
 tur incerta vel ratione loci, vel ratione loci & quotæ simul
 (ita enim loquuntur DD.) Incertam ratione loci dicunt, quæ
 non ignoratur quidem quota sit, puta tertia, an dimidia, an
 quarta, sed pro indiviso competit, atque adeo certum locum,
 certamve sedem non habet, & consequenter nec cerni, nec
 ubi sit demonstrari potest. Nam etsi fundus pro indiviso com-
 munis oculis subijci possit, tamen pars, quæ pro indiviso com-
 petit, non potest, utpote quæ ita dispersa est per totum fun-
 dum, ut nullam glebam, nullum cespitem meum esse dicere
 possim (a). Incertam ratione loci & quotæ simul vocant,
 quæ ignoratur & ubi sit & quota vel quanta sit. Pars incerta
 ratione loci possideri potest (b), licet enim certus ejus partis
 situs non sit, certum tamen est, cujus fundi, & quota, nem-
 pe tertia an quarta pars sit. Atque hæc quota quia sicut ani-
 mus (ut DD. loqui amant) tota est in toto & tota in quali-
 bet parte, hoc est, quia ita diffusa est per totum fundum,
 ut etiam in minimis fundi particulis tertiam vel quartam par-
 tem habeam (c), ideo si fundo insideam, vel quamlibet fun-
 di partem ingrediar hac mente & cogitatione, ut tertiam vel
 quartam meam partem possideam (d), eam non tantum ani-
 mo sed & corpore apprehendere intelligor. Pars autem incer-
 ta ratione loci & quotæ simul possideri non potest (e); ve-
 luti *si hac mente sim, ut quicquid Titius possidet ego quo-
 que possidere velim*; vel si ita mihi tradas, *Quicquid mei
 juris in eo fundo est*. Nam qui fieri potest, ut detinere

B

videar

(t) l. 30. §. 1.
 i. d. acq. v.
 am. poss. l.
 23. §. 2. eod.
 (u) l. 1. §. 8.
 eod.
 (x) l. 10. §.
 4. d. A.R.
 D. §. 4. Inst.
 per q. pers.
 cumq. §. 1.
 Inst. d. usuc.
 [y] l. 44. ff.
 eod. add. l.
 30. C. d. si-
 deic. & Cu-
 jac. in dedi-
 cat. C.
 Theod. pra-
 fixa.
 [z] l. 3. §. 2.
 d. acq. v.
 am. poss. l.
 32. §. 2. d.
 usuc.
 [a] l. 5. §.
 15. commod.
 add. Gotho-
 fr. ad l. 6. §.
 1. comm.
 praed.
 [b] l. 26. pr.
 l. 43. pr. d.
 acq. v. am.
 poss. arg. l. 4.
 §. 1. pro
 empt.
 [c] fac. l.
 66. §. 2. d.
 leg. 2.
 [d] vid. l. 3.
 §. 1. d. acq.
 v. am. poss.
 [e] l. 3. §. 2.
 l. 26. in fin.
 eod.

[f] d. l. 26. videar quod finitum non est, quod est ἀόριστον & simpliciter
 infn. incertum, atque adeo quod ignoro (f) ubi sit, quidve sit,
 [g] l. 30. pr. aut quale, quantumve sit? *Tertio* requiritur; ut sint res uni-
 eod. l. 30. §. 1. d. usuc. l. versæ, non singulæ, quæ universo cohærent & implicantur.
 23. §. 2. eod. Sic v. c. universas ædes possidemus, singulas res, veluti tigna,
 l. 8. quod vi cæmenta, tegulas vel columnas, quæ in ædificio sunt & illud
 aut clam, constituunt, non possidemus (g). Ratio est, quia res sin-
 [h] d. l. 23. gular per se, ædificio salvo, apprehendere non possumus, si-
 pr. ubi & quidem singulis rebus separatis & per se constitutis, ipsum ædi-
 alia ratio, fici-um consistere non potest (h). Unde etiam consequitur,
 junct. l. 3. eum qui longo tempore universitatem ædificii acquisivit, non
 §. 13. d. acq. continuo singulas res, ex quibus constabat, usucepisse intel-
 v. am. poss. ligi, sed dissoluto ædificio, non obstante præscriptione ædi-
 Hillig. ad ficii, singula cæmenta vindicari posse (i). *Quarto* nonnulli
 Don. l. 5. c. 12. l. E. etiam requirunt, ut sint vacuæ, nec ab alio possessæ; quia
 [i] l. 23. §. putant duos eandem rem in solidum possidere non posse. Sed
 ult. d. R. P. cum hæc sit vetus & necdum communi consensu terminata
 l. 7. §. 11. d. quæstio, ut in re difficillima quod sentio libere dicam, ve-
 A. R. D. rior mihi videtur sententia Cl. Viri D. Joh. Frid. Bockelman-
 Adde omni- ni, Professoris quondam nostri charissimi, in suo, utinam
 no Hotom. ad umbilicorum perducto, de Action. Tract (k). ubi eandem
 Ill. Quæst. rem à duobus in solidum alio atque alio possessionis genere &
 32. effectu possideri posse manifestissimis rationibus evincit, &
 [k] cap. 3. Jctorum Responsis (l) confirmat. Dicitur de-
 part 5. §. 4. nique in definitione: *Animo sibi habendi* ut excludatur nuda
 [l] l. 3. pr. detentio, vel possessio illa impropria, de qua supra §. 4. egi-
 15. §. 4. d. mus. Non autem dicimus: *Animo, affectioneve domini*,
 precar. add. ut volunt Donellus (m), Contius (n), aliique. Sic enim natu-
 l. 6. §. 1. l. ralis possessio definitione excluderetur, hæcque longè an-
 46. d. A. v. gustior foret suo definito. Nam ut ad divisionem nos con-
 A. Poss. & c. feramus,
 [m] lib. 5. ut volunt Donellus (m), Contius (n), aliique. Sic enim natu-
 comm. c. 6. ralis possessio definitione excluderetur, hæcque longè an-
 [n] lib. 1. gustior foret suo definito. Nam ut ad divisionem nos con-
 disp. c. 9. feramus,
 [o] t. C. d. §. 6. Possessio est vel naturalis, vel civilis. Fundum atque
 vet. jur. autorem hujus divisionis præter alios veteres Jctos, quorum
 enuel. Effatis vim Legum tribuit Justinianus (o), habemus Ulpianum:
 [p] l. 1. §. 9. *Dejicitur*, inquit (p), *is qui possidet sive civiliter, sive naturaliter*
 d. vi & vi possideat. Nam & naturalis possessio ad hoc interdictum pertinet.
 arm. Diff.

Diff. DD. variè. Nonnulli possessionem dividunt in naturalem, civilem & corporalem. Corporalem vocant, quam habet ingressus fundum domino absente. Sed hanc possessionem, cæteris paribus, à naturali non differre, vel ipsi Dissidentibus (q) fateri coguntur. Alii eam dispeſcunt in naturalem, civilem, mixtam & civilissimam. Mixtam appellant, quæ & naturalis & civilis simul est; Civilissimam, quæ ipso jure absque ulla, vera sc. vel ficta, apprehensione acquiritur. Sed parum foeliciter & admodum invitâ Themide: Neque enim ullo, quod sciam, juris nostri loco mixta illa possessio probatur, quin contra eam probari non posse descriptio naturalis & civilis possessionis manifestissimè evincet. Civilissimam possessionem ut nobis obtrudant, adducunt quidem Constitutio- nem (r) Justiniani, qua Imperator sanxit, *ut raptoris Diaconissa substantia Ecclesiæ, cujus Diaconissa est, adsignetur: ut ex his facultatibus ipsa quidem usumfr., dum superest, ab eadem Ecclesia consequatur, Ecclesia vero omnem proprietatem & plenam possessionem earundem rerum habeat.* Verum cum hæc Constitutio nihil habeat, quo ista sententia adstrui vel asseverari queat, (dividit enim tantum raptoris bona inter ipsam Diaconissam raptam & Ecclesiam, ut illa, quamdiu vivit, usumfr. in iis habeat, hæc autem proprietatem & plenam possessionem: de modo autem acquirendi possessionem ne què quidem, vide legem & judica) cur à certissimo Juris Romani principio, quod possessionem ipso jure acquiri negat (s), vel latum unguem recedamus nihil est.

§. 7. Cæterum quid naturalis, quid item civilis possessio sit, disputant Interpp. & immane quantum inter se digladiantur. Huic dissensionem, quæ intricatam possessionis materiam reddit intricatissimam, occasionem videtur præbuisse ipsum Jus Justinianicum, utpote quo id satis expressè definitum non reperiat. Ne autem, dum quid alii (t) senserint usquequaque exponimus, nimis prolixa fiat hæc disputatio, breviter quid mihi videatur aperiam. Existimo itaque Juris Civilis analogiæ convenientissimam esse Græcorum sententiam, qui in libris Basilianorū (v) utramque possessionem: (quatenus sc. sibi invicem opponitur) in hunc modum describunt

[q] arg. l. 6. §. 1. d. acq. v. em. poss. Vid. eorum Antest. gnamum Barolium. ad l. 1. pr. d. acq. poss. n. 10. Et ad l. 14. C. d. fund. patr. lib. XI. [r] l. 54. C. d. Episc. & Cler.

[s] l. 3. §. 1. 3. l. 8. d. acq. poss. l. 153. d. R. f.

[t] Vid. Ant. Matth. Coll. ff. disp. 45. Bacch. ad Treutl. V. 2. D. 21. th. 1. l. F. Hillig. ad Donell. l. 5. c. 7.

[v] lib. 50. tit. 2. §. 10.

ἐστὶ φυσικῶς ἢ τῆ ὑπαρξιαῖ καὶ ἰσχυρῆ. Καὶ δὲ τὰς νόμους νομῆν
 ἐστὶ ψυχῆ δεσποζοῦ καὶ ἰσχυρῆ. Naturalis possessio est rei detentio
 (x) vid. l. 1. §. 2. uti poss. l. 14. §. 1. d. relig. & passim. animo quidem sibi habendi, at non opinione domini. Civilis est rei detentio animo & affectione domini. Qui animo & affectione domini possident, veluti ipse dominus, (quem etiam cum priscis
 (y) per l. 115. d. V. S. a cuius scopo aberrat. Juris auctoribus [x], secus atque videtur Wissembachio [y], & quos ille sequitur, possidere contendimus) & b. f. possessor [z], dicuntur possidere civiliter, quia Lex civilis, cum
 (z) §. 35. Inf. d. R. D. l. 126. d. R. f. b. f. & iusta ex causa detineant, horum possessioni quamplurimos tribuit effectus, qui aliorum, citra animum domini detinentium, possessioni denegantur. Atque hæc civilis possessio pro suâ eminentiâ intelligenda est ubi simpliciter possessionis fit mentio, ut illo Licinii Rufini loco [a]. Sine possessione usucapio contingere non potest. Qui animo quidem sibi habendi, sed absque animo & opinione domini possident dicuntur possidere naturaliter, quia Jus civile horum possessioni, quamvis justæ, minus assistit, nec primarios illos effectus, quos civili possessioni attributos videmus, assignat. Pertinet huc insignis locus Jcti Gaij [b], ubi scribit: *Interdum quibusdam nec ex justis possessionibus competit Publicanum iudicium: namque pignoratitia & precaria possessiones iusta sunt; sed ex his non solet competere tale iudicium: illa sc. ratione, quia neque creditor, neque is qui precario rogavit, eo animo nanciscitur possessionem ut credat se dominum esse.* Animus igitur domini, si concurrat, facit ut possessio sit civilis, vel, si deficiat, naturalis. Deficit autem vel propter malam f. & conscientiam rei alienæ, licet quis eandem sibi habere destinet; Unde qui furtivè, vi, clam aut precario rem detinent possidere quidem dicuntur, sed exiguo commodo Juris civilis [c]: vel propter ipsam voluntatem seu destinationem tradentis & accipientis non tendentem ad id, ut possessor talem animum induat; qualis destinatio adeoque naturalis possessio est creditoris [d], emphyteutæ [e], superficiarii [f], sequestri apud quem omittendæ possessionis causa res deposita est [g], nec non ejus, qui precario rogavit, ut sibi possidere liceret [h]. Alii huc quoque
 (a) l. 25. d. usucap. (b) l. 13. §. 1. d. Publ. in remact. Add. l. 22. §. 1. d. nox. act. l. 21. vers. cum. igitur. C. d. furt. junct. arg. l. 1. §. 9. d. vi & vi arm. (c) l. 67. pr. d. furt. l. 1. §. 9. uti poss. l. 6. d. acq. poss. (d) l. 35. §. 1. l. 37. d. pign. act. l. 16. d. usuc. Add. l. 13. §. 1. d. publ. in rem act. l. 22. §. 1. d. nox. act. (e) l. 31. d. pign. & hyp. l. 15. §. 1. qui sat. cog. (f) l. 1. §. 1. & 2. l. 2. d. superf. (g) l. 39. d. acq. poss. l. 17. §. ult. d. depof. Goedd. d. sequest. c. 1. n. 115. & seqq. (h) l. 13. §. 1. d. publ. in rem. act. l. 15. §. 4. d. precar. l. 21. §. ult. d. acq. poss. junct. l. 6. §. 2. d. precar.

que referunt usufructuarium, sed vereor, ut horum sententia ad amissum juris revocata subsistere queat : Dicitur quidem usufructuarius nonnullis locis simpliciter possessor, possidere [i], & naturaliter possidere [k]; Verum hæc cum mica falis accipienda sunt, ut supra [I] quoque de commodatario, colono, cæterisque qui in possessione tantum sunt, monuimus. Si enim recte perpendamus, propria possessio, quæ est rei detentio animo sibi habendi, fructuario competere non potest [m]; neque enim eo animo rem fructuariam tenet ut eam sibi, sed ut domino proprietatis habeat, qui per eum possidere intelligitur [n]. Nec movet, quod interdicta possessoria Uti possidetis & Unde vi ei accommodentur [o]. Etenim cum usufructuarius ipsum jus in re, quod incorporale est, cujusque nomine actione reali, quæ confessoria dicitur, experiri potest [p], q. possideat [q], & cum omnia rei fructuariæ emolumenta ad eum pertineant, adeo ut in plerisque juris partibus etiam pro domino habeatur, eique tribuantur quæ dominorum propria sunt [r], mirum videri non debet, si hac quoque parte melioris conditionis reperiatur, quam cæteri, qui similiter rem tantum corporaliter detinent.

(q) l. 23. §. 2. ex quib. ca. maj. (r) l. 8. pr. d. reb. aut. jud. poss. l. 4. d. usufr. §. 9. Acquiritur possessio animo & corpore simul (s), hoc est, corporali rei apprehensione & affectu eam possidendi. *Adipiscimur*, ait Paulus (t), vel ut in Codice Hetrusco syllabæ in medio dictionis detractio (quod veteribus haud insolitum (v)) scriptum est; *Adipiscimur possessionem corpore & animo, neque per se animo aut per se corpore*. Apprehensio autem illa sive fit vera & crassa, quæ fit rem mobilem loco movendo, rem soli ingrediendo; & necessaria est in possessione, quæ sine traditione ad nos pervenit, ut rerum nullius (x), hereditiarum (y) & bello captarum (z), sive analogica & symbolica, nihil interest (a) : Et falluntur DD. inter quos Zasius (b), qui locum hunc Jcti (c) : *Non est corpore & actu necesse apprehendere possessionem, sed etiam oculis & affectu*. ut & illos, quos modo (d) adduximus, tanquam à regula exceptos explicant, qua-

B 3

2. l. 51. eod. l. 74. d. contr. empt. l. 1. C. d. donat. (b) ad l. 3. pr. d. acq. v. am. poss. [d] l. i. A.

(i) l. 5. in fin. pr. & §. ult. si usufr. per. (k) l. 12. pr. d. acq. poss. l. 49. pr. eod. (l) §. 4. (m) l. 6. §. 2. d. precar. l. 5. §. 1. ad exhib. l. 1. §. 8. d. acq. poss. arg. l. 28. C. d. donat. (n) l. 60. §. 1. d. usufr. l. 12. §. 3. & 4. eod. (o) l. ult. uti poss. l. 3. §. 13. d. vi arm. (p) §. 2. Inst. d. act. r. i. ff. si usufr. per. [s] l. 3. §. 3. l. 8. l. 41. d. acq. poss. §. 5. Inst. d. interd. [t] c. l. 3. §. 1. d. acq. v. am. poss. [v] Popm. d. usu antiq. locut. lib. 1. c. 7. [x] l. 1. §. 1. d. acq. v. am. poss. [y] l. 23. pr. eod. [z] l. 1. §. 1. eod. si [a] l. 18. §. 1. l. 1. §. 21

si iis doceremur, etiam nudo animo & citra ullum actum corporalem possessionem acquiri. Loquuntur enim ibi Jcti de traditione & apprehensione possessionis analogica & symbolica, nec omnem actum corporis, sed duntaxat crassio rem illam apprehensionem, quæ manuum aut pedum opera interveniente

[e] *Bacch. ad Trevel. V.2. Disp. 21. th. 2. l. H.*

fit, excludunt (e). Dicta vero apprehensio adeo de jure nostro necessaria est, ut, licet adita hereditate omnia jura ad heredes transeant, tamen neque allodialium neque feudaliū rerum possessio nisi naturaliter, id est, factō comprehensa ad eos, siue sint sui siue extranei, pertineat (f). Cum enim possessio sit detentio cum animo sibi habendi, mortuo detinente & ipsam detentionem extinguere necesse est. Nihil tamen obstat (g), quominus Lex nova aut consuetudo possessionem ejusque effectum in heredes continuari permittat, qualis continuatio Gallix, Hispanix, Italixque recepta est, teste Gomefio (h) & Tiraquelto integro tractatu celebrante illud: *Le mort. saisit le vif.*

[f] *l. 23. pr. d. acq. poss. l. 1. §. 15. si is qui test. lib. Wissenb. ad ff. p. 1. disp. 58. th. 7. Struv. Syn. 7. Civ. Exerc. 42. th. 17.*

Cæterum præter corpus seu factum apprehensionis monuimus

Bronckh. meth. feud. cap. 5.

etiam requiri possidendi animum: Hunc nostri autores aliàs appellant affectum (i), propositum (k), intellectum (l), voluntatem, mentem (m), judicium (n) &c. Cui consequens est, eos qui animo & consensu destituuntur non posse acquirere possessionem. Exempla passim sunt obvia (o). Utilitatis tamen causa receptum est; ut pupillus infans, id est, minor septem annis (p), tutore autore possit incipere possidere, judiciumque infantis in re quæ facti magis quam juris est suppleatur autoritate tutoris (q). Eadem utilitatis ratione (quæ & alia pleraque singularia in causis possessionum æquitatis benignitate extorsit (r)) placuit, ut municipes quoque possidere possint, utque eis possessio & per servum & per liberam per-

[g] *Gudel. d. jur. nov. l. 2. c. 18. Hil. lig. ad Don. l. 5. c. 8. l. A.*

[h] *ad L. Taur. 45. n. 111. Add. Ant. Matth. d. success. in auctar. th. 70.*

sonam acquiratur (s).

[i] *l. 3. §. 3. d. acq. v. am. poss. [k] l. 46. eod. [l] l. 1. §. 3. c. 9. eod. [m] l. 2. §. 12. pro emp. [n] l. 32. §. 2. d. acq. v. am. poss. [o] vid. l. 1. §. 3. l. 3. §. 3. vers. Is enim. l. 34. pr. l. 41. d. acq. v. am. poss. [p] l. 18. C. d. jur. delib. [q] l. 32. §. 2. d. acq. poss. huc quoque refero l. 3. C. eod. [r] Cuj. 7. ad African. ad l. 40. §. 1. d. acq. poss. [s] l. 2. junct. l. 1. §. ult. d. acq. poss. l. 9. §. ult. c. l. 10. d. Publ. in rem act. l. 7. §. 3. ad exhib.*

[t] *l. 49. pr. c. §. 1. d.*

§. 10. Nec solum per nosmetipsos possessio nobis acquiritur, verum cum non tantum facti sed & juris sit (t), per eas quo-

quoque personas, per quas res cæterę, dominium sc. & obligatio, nobis acquiruntur (v). Quin amplius & per extraneam ac liberam personam, veluti procuratorem, possessionem quaeri placuit (x). Procuratorem intelligo non tantum qui speciale mandatum habet, sed etiam cui univerforum bonorum administratio permessa est (y). Admonendi tamen sumus, non simpliciter per alios nobis acquiri, sed certis conditionibus: *Prima* est, ut etiam illi, per quos acquirimus, iudicium & intellectum possidendi habeant (z). *Secunda*, ut nobis acquirere & operam suam accommodare velint (a). Quod servus velle intelligitur non solum si nominatim id exprimat, sed etiam si sibi, aut nulla personę mentione facta, accipiat (b). Procurator verò si hac mente nanciscatur possessionem ut sibi acquirat, vel etiam alii, atque hoc palam & apertè profiteatur, nobis non acquirit (c). *Tertia*, ut nos quoque possidere velimus (d). nam corpus alienum nobis quidem ministerium præstare potest in apprehendenda possessione, sed ut velimus alius nobis præstare non potest; est tantum in nobis ut velimus non in aliis. Voluntatis tamen nostrę declaratio non semper in ipso actu apprehensionis necessaria est, sed etiam præcedere potest, & sufficit generaliter nos velle, licet quo tempore nostro nomine possessio apprehendatur ignoremus. Atque hoc est quod dicitur, per eos qui in potestate nostra sunt non solum nobis scientibus, sed ex justa & peculiari causa etiam ignorantibus acquiri possessionem (e). Quod adeo verum est, ut semel constituto peculio à domino, etiam ex causa peculiari servus acquirat domini filio adhuc infanti, vel etiam ipsi domino, si postea in furorem prolapsus sit (f). Initium enim peculii constituti consideramus, nec semel rectè constitutum morte aut furore aufertur (g).

(d) l. 53. A.R. D. l. 1. §. 9. d. acq. poss. (e) l. 1. §. 5. l. 44. §. 1. junct. l. 24. d. acq. poss. §. 5. l. 32. §. ult. eod. l. 28. d. usucap. (g) l. 7. §. 1. d. pecul. (f) d. l. 1.

§. II. Cæterum ex eo, quod hætenus proposuimus, juris principio, nempe *Possessionem non acquiri nisi animo & corpore simul*; deductum etiam videtur quod scriptum est apud veteres: *Neminem sibi ipsam causam possessionis posse mutare* (h). quippe cum mutatio illa nihil aliud sit, nisi novę cujusdam possess-

acq. v. am.
poss.

[v] §. 3. &
4. in fin. Inst.

per q. pers.
cuiq. junct.

l. 1. §. 5. &
legg. d. acq.

poss.
[x] §. 5.

Inst. per
q. pers.

cuiq. l. 1. §.
20. d. acq.

poss. l. 1. l. 8.
C. eod.

[y] fac. l.
41. d. usuc.

[z] l. 1. §. 9.
10. d. acq.

poss.
[a] d. l. 1. §.

19. & 20.
eod. l. 147. d.

usucap.
[b] arg. §.

1. Inst. d. stip.
serv. & l. 1.

§. 19. d. acq.
poss.

[c] d. l. 1. §.
20. l. 37. §.

ult. d. A.R.
D. junct. l.

13. in fine d.
donat. Add.

Donell. l. 5.
comm. c. 10.

[h] l. 3. §.
19. l. 19. §.

1. d. acq. poss.
posses-

15. Cod. l. 2. §. 1. & 2. ff. *pro hered.* possessionis adeptio, quæ solo animo fieri non potest: Hic enim est genuinus sensus hujus axiomatis: Quod nemo, siue propriè & verè possideat, siue impropiè & tantum in possessione sit, sola cogitatione & voluntate suâ, nullâque extrinsecus accedente causâ, efficere possit, ut ex alia causâ possideat, quam ex qua possidere cœpit. Enimvero si factum aliquod

(i) l. 3. §. 4. *d. acq. poss.*
(k) l. 5. C. l. 19. §. 1. ff. *eod. l. 6. §. 3. l. ult. d. pre-car. l. 32. pr. l. 31. §. 1. d. usufr. cap. Add. l. 2. §. ult. verb. mutari. pro empr.* ad acquirendam possessionem idoneum extrinsecus intervenierit, veluti si is qui vi alterum de fundo dejecit postea ab eo quem dejecit eundem fundum emerit vel qua alia ex causa acceperit, non video quid obstet, quo minus vi possidere desinat & pro emptore vel alia ex causâ denuo possidere incipiat, cum hac ratione, positis ponendis, pluribus etiam ex causis eandem rem possidere queat (i). Certè non potest existimari sibi ipse causam possessionis mutasse, cum non ipse sibi aut apud se ipsum, sed factio alterius & extrinsecus accedente possessionem adquisierit (k).

§. 12. Retinetur possessio etiam solo animo. Sicut enim facile est animo & corpore simul alicujus rei possessionem acquirere, ita difficile & molestum est uni rei, impossibile verò pluribus per singula horarum momenta insistere, & illarum possessionem animo & corpore simul retinere. Ne itaque teftudinis more perpetuo domi nos continere & fundis, ut sponsa faxis, adhærescere, aut possessionem amittere cogamur, etiam solo animo sine corpore nostro vel alieno possessionem retineri placuit (l). Quod tamen ut procedat, requiritur ut possessio maneat vacua nec ab altero occupetur, aut nos saltem illam occupationem ignoremus (m), aut occupantem nobis vel cessurum, vel nos eum facilè expulsuros esse speremus (n). Cæterum sciendum est, differe hac in re res immobiles & mobiles; harum enim possessionem etiam ignorantes amittimus, nec diutius retinemus, quam sub custodia nostra sunt, quamvis eas nemo alius invaserit (o). Exceptio est in servo fugitivo (p), cujus possessionem usque eo retinemus, donec ab alio possideatur (q), aut ipse se diu pro libero gesserit & judicium

(l) §. 5. *Inst. d. interd. l. 30. §. 5. ff. l. 4. C. d. acq. poss.*
(m) l. 46. *eod.*
(n) l. 3. §. 7. *Et seqq. l. 18. §. 3. l. 25. §. 2. l. 44. §. ult. eod.*
(o) l. 47. *pr. l. 3. §. 13. l. 13. pr. l. 25. pr. d. acq. poss. ad l. l. 20. eod.* (p) l. 13. *pr. l. 15. eod.* (q) *l. 1. §. 14. l. 47. §. 1. l. 2. eod.*

cium liberale subire paratus sit (r). Atque hæc est ratio, quare etiam fugitivos computemus, quoties initur numerus servorum propter L. Fusiam Caniniam (s).

§. 13. Amittitur possessio animo & corpore, nam, ut docet nos Paulus lib. 65. ad Edictum (t), quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Solo igitur corpore possessio non amittitur; unde etiam fit ut furiosus (v), vel pupillus infans sine tutoris autoritate (x), eam amittere non possint. Nec etiam amittitur solo animo sine corpore. Etenim cum animi imperio, corporis servitio utamur, quamprimum animus imperat, ut corpus ministerium possessioni præstare definat, corpore quoque possidere desinimus, etiamsi adhuc toto corpore rem contingamus: Quid enim corpus ad constituendam sive retinendam possessionem, si possessioni non serviat, vel actus possessorios exercere definat? Itaque licet in fundo sim, si tamen constituam me nolle possidere, aut me velle possidere alii (y), (quod posterius vulgo Constitutum possessorium vocant, ad differentiam obligatorii, unde actio constitutæ pecuniæ nascitur, de quo prolixè Interpp. & nominatim atque ex professo vir Jurisconsultissimus D. Andreas Tiracuellus (z)) protinus amisisse possessionem dicendus sum, uon animo duntaxat, sed, quia animus non vult, etiam corpore. Quandoquidem autem hic corporis actus in deserenda possessione occultior est & minus perspicuus. inde fit ut nonnullis locis (a) atque ab ipso adeo Paulo solo animo amittere possessionem dicamur. Diss. varii variè. Cæterum sic amittitur possessio nobis vel volentibus, veluti si alteri purè & nulla adjecta conditione rem tradamus, etiam si ille cui tradidimus possessionem non fuerit adeptus (b): vel invitis, si v. c. de possessione dejiciamur (c),) aut aliàs facultas rem ipsam corpore apprehendendi nobis ablata sit (d). Revisè ad ea quæ §. præcedenti diximus.

dams. inf. t. d. vi & viam. [d] l. 12. §. 2. d. reb. aut. jud. poss. l. 3. §. 17. d. acq. poss.

§. 14. Porro quæ ratio est amittendæ vel retinendæ possessionis cum per nosmetipsos possidemus, eadem transferenda est & ad eos, qui nostro nomine sunt in possessione; Et ideo si

[r] l. 15. §. 1. d. usufruct. l. 3. §. 10. d. acq. poss. (s) Paul. 4. Sent. 14. §. 3 (t) l. 153. d. R. 7. l. 8. d. acq. v. am. poss. (v) l. 27. eod. l. 31. §. 4. l. 44. §. 6. d. usufruct. (x) l. 29. d. acq. poss. junct. l. 189. d. R. 7. (y) l. 18. pr. ubi DD. d. acq. poss. (z) peculii tractat. de fure constituti possessorii. (a) l. 3. §. 6. l. 17. §. 1. l. 34. pr. l. 44. §. 2. d. acq. poss. (b) l. 18. §. 1. l. 34. pr. l. 38. pr. §. 1. eod. [c] l. 3. §. 9. l. 18. §. 4. add. l. 30. §. 2. eod. junct. l. 15. §. 16. d.

[c] l. 1. §. 22. d. vi. *urm.* l. 3. §. 9. d. acq. poss. [f] l. 40. §. 1. eod. junct. l. 6. §. 2. pro empt. (g) l. 133. §. 4. d. usuc. l. 3. §. 9. junct. l. 32. §. 1. d. acq. poss. (h) *vid. de- cisionem Iu- stin. l. ult. C. d. acq. poss. Wissemb. ad ff. p. 2. disp. 19. th. 21. Struv. Synt. J. Civ. ... Exerc. 4. 2. th. 35.* [i] §. 35. *Inst. d. R. D. l. 48. d. A. R. D. l.* hi ant dejecti fuerint (e), aut nostra voluntate discesserint, aut iis mortuis alius possessionem occuparit [f], nos eam amittimus. Idemque adhuc hodie videtur dicendum, si possessionem alii animo transferendi tradiderint [g]. Quod si tantum vel desidia dereliquerint vel dolo malo, ut aliis liber ingressus pateat, eam prodiderint, possessio nobis quamdiu animum possidendi habemus retinetur, nec magis amittitur, quam si ipsi eam corpore relinquamus, animo verò retineamus [h].

§. 15. Effectus & commoda possessionis varia & longe maxima sunt, ut meritò Glossa Beatos possidentes appellavit: præterquam enim quod b. f. possessor omnes fructus indistinctè suos facit [i], quod usucapione dominium acquirit [k], & quod ei, si vel momento temporis b. f. & iusto titulo possedit, actio in rem Prætoriana, quæ Publiciana appellatur, competit [l]; etiam quilibet possessor hoc ipso quod possessor est plus juris habet, quam ille qui non possidet in pari causa [m]; nec regulariter cogitur titulum suæ possessionis dicere [n]; possessori ad defendendam possessionem, qua nemo sine causæ cognitione privandus est [o], inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulsare licet [p], & si dejectus fuerit propria autoritate in continenti possessionem recuperare & adversarium rursus dejicere concessum est [q].

Hic teneat nostras anchora jacta rates.

25. §. 1. d. usur. [k] *pr. Inst. d. usuc. l. un. C. d. usuc. transf.* [l] §. 4. *Inst. de act. l. 12. §. ult. & r. r. d. Publ. in rem. act.* [m] l. 2. *uti possid. §. 4. Inst. d. interd. l. 128. d. R. J.* (n) l. 11. *C. d. perit. her.* (o) l. 2. *in fin. C. si propt. publ. pensitat.* [p] l. 1. *C. und. vi l. 5. C. d. jur. fisci.* [q] l. 3. §. 9. l. 17. *d. vi arm. Cuj. l. 5. Obs. c. 18. Ad. si libet Grotium d. J. B. & P. l. 1. c. 3. n. 2.*

COROLLARIA.

- I. Jus Romanum originem suam debet Dei T. O. Max. præceptis.
- II. Minores sine curatoribus suis non possunt cum effectu obligari.
- III. Dantur actiones mixtæ.
- IV. Jus nature ex nullo fonte purius hauritur, quam ex verâ sui ac Dei cognitione & præceptis divinis.

FINIS.